



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apotheca Spiritualem Pharmacorum Contra Litem Contagiosam Aliosque Morbos

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Cap. LXVIII. Quenam in huiusmodi sacris supplicationibus circumgestari
consueuerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

CAP. LXVIII.

Quenam in huiusmodi sacris supplicationibus circumgestari consueverint.

IMprimis maiores nostros in supplicationibus suis solemniter & publicè indictis, sacras imagines circumgestasse, satis patet ex jam toties memorata Litania pro auertenda peste Romæ iussu S. Gregorij celebrata, in qua imago B. Virginis Mariæ à Luca depicta plateatim per urbem delata fuit. Narrat insuper Beda Augustinum & socios eius viros ferme quadraginta, venisse ad Edilberthum regem Cātuariæ, diuinâ virtute præditos, crucem pro vexillo ferentes argenteam & imaginem Saluatoris crucifixi in tabula depictam, Litanias que canentes pro sua, simul & eorum propter quos & ad quos venerant, salute æterna. atque idem fecisse eos scribit dum ciuitati Dorouernensi appropinquarent. De sacris Sanctorum corporibus circumlatis, jam ante mille & cætenos annos, verissima testimonia habemus ex S. Augustino dum ait: Ad aquas Tibilitanas Episcopo adferente Proiecto reliquias martyris gloriosissimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magnæ multitudinis cõkursus & occurfus. vbi cœca mulier vt ad Episcopum portatam sacra pignora duceretur, orauit, flores quos ferebat, dedit, recepit, oculis admonit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducẽ vlteriùs non quærens. Memorati memoriam Martyris Lucillus Episcopus populo præcedente atque sequente

Lib. 1.
Hist. sue
gentis
ca. 25.

Lib. 22:
de ciuit.
ca. 8.

Rr

por-

portabat. Fistula cuius molestia iam diu laborauerat, & familiarissimi sui medici qui eam secaret, operiebatur manus; illius piæ sarcinæ vectatione repente sanata est, nam deinceps eam in suo corpore non inuenit. immò S. Chryl. August. antiquior idē non obscure innuit dū meminit processionis cuiusdā apud Antiochenos celebratę in qua memoria Martyris circumferebatur, quam omnes in processione sequebantur. dicit enim: In omnem partem ciuitatis hoc honesto duce vos circumagente, nos inuitos infirmitas domi manere cogebat. qui & refert ingenti honore Capsulam reliquiarum S. Babylę martyris à Christianis ex Daphne in ciuitatem Antiochenam delatam esse. cui consentiens Zozomenus, scribit eandem translationem factam esse magna populi frequentia atque Psalmorum cantu, Christianis idemtidem repetentibus: *Confundantur qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis.* Neque solū sacra Sanctorum corpora, sed & eorundem vestes similēve quoquo modo ad eos pertinentes reliquias, legimus circumgestatas esse: Depalla S. Remigij iam supra satis dictum est, & ex historia Ecclesiastica pluribus posset idem confirmari. Hoc saltem scribit Joannes Diaconus in vita sancti Gregorij, vestes S. Ioannis Apostoli, Romę olim in supplicationibus deferri solitas vel ad serenitatem, vel ad pluuiam impetrandam. In Reliquiario etiam Coloniensis Ecclesię memini me legisse barbam S. Antonij Abbatis stans supplicationibus Colonię solere circumferri crystallino vitro inclusam, quę certo loco ciuitatis vbi appropinquauerit, sudatorium quasi humorem vberim emittere solet. Hisce & similibus antiqui fideles in Litanijs suis vsi fuerunt tum ad præseruationem tum ad liberationem malorum futurorum & præsentium, vt Sanctorum meritis opem auxiliatricem possent obtine-

re.

Hom. 19.
ad Antioch
in init.

Orat.
cont.
gentes.

Zozom.
l. 5. c. 8.
& 19.

Psal. 95

re. Quapropter non inconuenienter in Ordine nostro Præmonstratensi tempore humiliationis publicæ seu afflictionis hæc Antiphona solet decantari ad egressum Processionis:

Resp. *Surgite sancti Dei de mansionibus vestris, loca sanctificate, plebem benedicite, & nos humiles peccatores in pace custodite.*

Verf. *De Ierusalem exeunt reliquie & saluatio de monte Sion, propterea protectio erit huic ciuitati & saluabitur propter David famulum eius.*

Verùm superstitionem sicut omni in re, sic & in sacramentorum imaginum vsu vitandam esse, nemo negare potest. Io. Mol. l. de i. ca. 26. Est enim superstitio periculosus error. & clara sunt verba Synodi Tridentinæ: Omnis superstitio in sanctorum inuocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum sacro vsu, tollatur. Unde liquet Catholicam Christi Ecclesiam legitimam dumtaxat imaginum vsum probare; impium abusum improbare: non vanam superstitionem aut immodicum cultum laudare, sed corrigere, atq; cum D. August. malos incautosque filios hac in parte vel leuissimè peccantes reprehendere & castigare.

Sic ante multa sæcula Collyridianas mulieres damnauit Ecclesia, quæ currum quemdam siue fellam quadratam ornantes, expanso super ipsum linteo, in illustri quadam die anni panem proponebant & offerebant Mariæ coram eius imagine. Contra quod simulacrum Hæret 79 cum studium scripsit Epiphanius Constantiensis Episcopus. Igitur abolendus est abusus ille ter execrandus (verba sunt auctoris suprâ citati) nondum locis quibusdam abolitus, vt scilicet Diui Pauli ac sancti Urbani imagines in profluentem abjiciantur, si forsan eorum dies

R r 2

festiui

festiui inciderint in pluuium coelum aut foedam tempe-
statem, maximè si in die Conuerſionis S. Pauli id acci-
dat. vnde exſtant hi verſus:

Maiolus
in dieb.
Cantic.

*Clara dies Pauli bona tempora denotat anni.
Si fuerint nebule, pereunt animalia quaque.
Si fuerint venti, designant praelia genti.
Si nix & pluuia, designant tempora cara.*

Dial. 3.
ca. 28.

Sed ſuperſtitioſum hoc eſt & non niſi anilibus fabulis
innixum. Verofimilius videtur quod ſcribit Alanus Co-
pus, eos ſcilicet quos naſci contingit in feſto Conuerſio-
nis S. Pauli, quæcumque eos orbis pars in lucem profe-
rat, non horrere nec formidare angues, immò quod ma-
ius eſt, ſola ſaliua horum morſibus mederi: prout & inte-
gra Melitenſis Inſula dono S. Pauli à viperarum venena-
to morſu immunis eſt; quod donum, gratiam S. Pauli,
vocant incolæ.

Lib. 4.
ca. 26.

Scriptit in regno Nauarrę librum de ſuperſtitionibus,
Martinus de Arles, Doctor Theologus, contra eos qui
tempore ſiccitatis imaginem S. Petri aut corpus ſanctę
Felicię Labiani ad oram fluminis proceſſionaliter du-
cunt atque ſubmergunt vel ſubmergere attentant, inde
ſperantes fortiri ſuum ſperatum effectum. Et ne quis
pro his objiciat hiftoriam Euagrii, ſciat is Edeſſenos fa-
moſam illam imaginem Chriſti, Abgaro regi miſſam,
aqua quidem conſperſiſſe, ſed ex magna fide procul ab
omni ſuperſtitione. eam enim aquam contactu ſancti-
ficatam proieciabant in ſtruem lignorum ab hoſtibus
poſitam, ſperantes ira diuinitus liberari. quod & factum
eſt, Deo tunc in ſtruem illam ignem mittente. Hifto-
riam rei geſtę pluribus enarrat Euagrius, quam quia
lon-

longior est, consultò omitto. Est & alicubi mos vt agricolæ stans diebus Diuorum imagines inconditis clamoribus rusticoque strepitu per agros, arua, sata, prataque baiulantes & circumferentes, hinc magnum sibi spondeant prouentum, credantque solum illud malignius responsurum, quod huiusmodi non exceperit Diuorum circumgestationem. Ambarualia sacra, huiusmodi circuitiones olim vocabant Gentiles, quòd ad arua & segetes lustrandas multà prece & cæremoniâ celebrarentur. Ambaruale sacrificium, inquit Seruius, dictum est quod urbem circuit & ambit victima, neque fieri consueuerat nisi de porca foccunda & grauida, aut vitula. vnde Virgil. ecloga 3.

Frederic.
Scenc-
kius de
imag.
ca. 13.

Cum faciam vitulâ pro frugibus, &c.

Eam victimam maturis frugibus ter circum arua ducere conueniebat, omnesque post clamantes sequebantur, ex quibus vnus quernâ coronâ ornatu, cum solemnî saltatione, composito carmine, Cereris laudes decantabat, ac postquam vino & lacte libasset, antequam fruges meterent, porcâ Cereri immolabant. Virgilius Georgicor. primo.

*Terq; nouas circum felix eat hostia fruges
Omnis quam chorus & socj comitentur ouantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompósitos & carmina dicat.*

Opponunt quidam, & in speciem fauere videtur, Canonem

R r 3

nonem

nonem quintum, Synodi tertiæ Braccarenfis, quo prohibitum est ne procedentes in solemnitatibus Martyrum Episcopi, Diaconorum humeris sellâ gestatoriâ verherentur suspensas collo reliquias sacras portantes. Sed respondeo Patres illius Concilij solummodo reprobare prauum abusum, qui irrepsit apud nonnullos Episcopos qui nimio fastu honorem sacris Reliquijs debitum in se transferre studebant. Et sellâ gestatoriâ vehi, Romani Pontificis tantum fuit insigne, vel si cui Patriarcharum id ipse concessit, sed quæ laicorum humeris vectaretur, Diaconorum numquam neque infimi Ordinis Clericorum.

Baron.
ap. 675

Futiles autem illæ Sectariorum ratiunculæ quibus subuertere & subsannare nituntur huiusmodi Litanias & processiones, nullius momenti sunt. quod enim clamitant nos gentilizare, eò quòd illi festiuitates & processiones habuerint in honorem Cereris, Dianæ, Iliidis aliorumque fictitiorum Deorum ac Dearum, puerile argumentum est. Sic enim euertam omnia Christianæ religionis mysteria & exercitia. Gentiles enim habuere suas tinctiones, lotiones, lustrationes: ergo oportet nos tollere aquam baptismi, immò ipsum baptismum, ne gentilizare videamur. Gentiles in sacrificio suo vsi sunt pane & vino in honorem Veneris & Bacchi: ergo remouendus est panis & vinum è coena Domini, immò ipsa coena abroganda ne gentilizare videamur. Illi tempore pestis, siccitatis, inundationis, templa adière, dijs suis supplicauerunt: ergo nobis nò licebit ad Ecclesiam ire, Deum eiusque sanctos inuocare si similis aliqua calamitas ingruat. Quemadmodum ergo ista non sequuntur, Ethnici habuere templa, ergo nobis non licebit habere. Ethnici inuocarunt suum Iouem, ergo nobis non licet inuocare Deum.

Adrianns
Hofflad.
serm. 68.
de Eu-
charist.

Deum. Ethnici orantes procumbebāt dijs suis in genua, oculos manusque leuabant in cœlum, ergo istud nobis faciendum non est ne videamur ethnicos imitari: sic nec istud sequitur, Ethnici habuere suas solemnes supplicationes, ergo Christiani eas habere non debent. Vel enim pariformiter debes concedere: vel, quod absurdum est, pariformiter omnia negare.

Ad alia argumenta Catholicorum obijcientium quod miscellanea bonorum & malorū altitudo ad Deum exorandum in supplicationibus concurrens exiguum fructū reportatura credenda sit eò quod peccatores Deus non audiat. item quod grauissimis peccatis quotidie inquinentur, multis abusibus pro dolor repleantur, alijsque similibus; jam pro me respondit Magister olim meus, Ioannes Paludanus.

Hoc tantum pro coronide huius capituli ex D. Leone addo: Plenissima peccatorum obtinetur abolitio quādo totius Ecclesiæ vna est oratio & vna confessio. Si enim duorum vel trium sanctorum pio consensu omnia quæ poposcerit, Dominus præstanda promittit, quid negabitur multorum millium plebi vnā obseruantiam pariter exequenti & per vnum spiritum concorditer supplicanti? Sic vim facimus, ait Tertul. sed hæc vis grata est Deo.

Quando verò & à quo primū sit composita ea formula Litaniarum qua hodie Ecclesia vtitur, nondum satis mihi liquet neq; ipsi Baronio, variantibus diuersimodè scriptoribus; quibusdam ad S. Gregorij tempora, quibusdam etiam ad anteriora referentibus. prout non etiam satis constat de prima origine Litaniarum in honorem B. Virginis Marię compositarū, antiquissimæ passim apud omnes habentur Lauretanæ; ita dictę, quod in æde Lauretana recitari consueuerint. Sed inuenimus in Monasterio nostro Tungerloensi inter veterū monumenta;

diuer-

Cap. 4.
offic. si æ
spirit.

Leo ser.
3. de ie-
iun. 7.
mens.
cap. 3.

Tertul.
in apo-
log.

Bzouius
an. 1295.

diuerſas longè ab iſtis Lauretanis eiſque multò prolixio-
res, quæ iam ante trecentos annos in prædicto Mona-
ſterio, ab eiſdem Religioſis Canoniciſ compoſitæ, dici
conſueuerunt: cùm tamen ſacra illa ædicula D. Virginis
vix nondum Lauretum ab Angelis erat transportata. an-
no ſiquidem 1295. angelico interueniente miniſterio, vt
teſtatur Abrahamus Bzouius, ſacroſancta jam dicta ædi-
cula in qua, *Verbum caro factum eſt*, ad Lauretanam ſyluam
translata eſt, indeque Lauretana poſtmodum nuncupa-
ta, quòd Domina illius prædij vel ſyluæ Laureta dicere-
tur. Planè igitur veriſimile eſt, non ante annum 1295.
eas Litaniaſ fuiſſe compoſitâſ, adeoque hiſ noſtriſ po-
ſteriores quæ vt prædixi ante trecentos annos in Eccle-
ſia noſtra Tungerloenſi dici conſueuerunt, vt teſtatur
antiquiſſimum m. ſ. Breuiarium Ordiniſ noſtri, in quo
ante trecentos annos deſcriptæ reperiuntur vnâ cum
imagine Sanctiſſimæ Deiparæ adorantibuſ eam ipſaſq;
Litaniaſ quaſi recitantibuſ, hinc inde duobuſ Religioſiſ
cœnobij noſtri flexiſ genibuſ procumbentibuſ, quorum
nomina ſubſcripta ibidem habentur. Scio quidem Albi-
num Flaccum cùm agit de purificatione B. Mariæ, ita
ſcribere: De hac feſtiuitate & feſtiuitatibuſ S. Mariæ in
geſtiſ pontificaliſ legitur, quòd Sergiuſ Papa præce-
perit Litaniaſ fieri in die præſentationiſ Domini in
templo; ita enim ſcriptum eſt vt in die Annuntiationiſ
Domini, Dormitioniſ ac Natiuitatiſ ſanctæ Dei genitri-
ciſ Mariæ, & S. Simeoniſ quæ *ἡσπαπάντη* dicitur Græcè,
cum Liraniſ exeant à S. Hadriano, & ad ſanctâ Mariam
populuſ occurrat. Verùm ibi non agitur de certa aliqua
formula præcandi in honorem B. Virginis compoſita ad
eum modum de quo nobiſ ſermo eſt: ſed nomine Lita-
niarum à Sergio inſtitutarum intelliguntur proceſſioneſ,

in

in quibus exeunte Clero cum populo ab Ecclesia S. Hadriani procederet, cum cereis ad talem vsum benedictis, ad basilicam S. Mariæ maioris. quod & in ceteris eiusdē Dei genetrtris festiuitatibus fieri consueuerat vt refert Beda lib. de temp. rat. cap. 10. sed hanc lustrandi consuetudinem (agit de Lupercalibus gentilium) bene mutauit, inquit, Christiana religio cū in mense eodem (Februario scilicet) die S. Mariæ plebs vniuersa cum Sacerdotibus ac ministris hymnis modulatae vocis per Ecclesias perque congrua vrbs loca procedit, datosque à Pontifice cuncti cereos in manibus gestant ardentēs & augete bona consuetudine id ipsum in ceteris quoque eiusdem B. Matris & perpetuæ Virginis festiuitatibus agere didicit. Plura vide apud Cęsar. Baron in notis Martyrologij die 25. April. & 2. Febr. item flores exemplorum tit. de Litanijis.

CAP. LXIX.

*Circumgestionem Ven. Sacramenti solemniter factam,
& Sacrosanctum Missæ sacrificium, presentissimum esse contra pestem amuletum, docetur.*

SI tanti vitrum, quanti margaritū, dicebat ille olim. si tantum præsidij contra pestem sæpè exhibuerint sanctorum circumgestatæ Reliquiæ etiam solæ vestes eorum; quantum præstabit sanctissimum sancti sanctorum Corpus circumgestatum? est illud pretiosissima margarita, quam inter omnia sua cimelia asseruat Eccle-

S f

fia